



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institutione Sacerdotum, qui sub Episcopis  
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam  
vitam**

**Soto, Pedro de**

**Louanij, 1562**

Lectio prima. De ratione & volu[n]tate, primis actionum nostrarum  
principijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30247**

DE INSTITV-

tione sacerdotum, quò ad  
mores eorum & reli-  
quam vitam.

DE PECCATORVM  
discrimine, & ratione medendi  
vulneribus animæ, quatenus  
Parochis necessaria  
sunt.

Lectio Prima.

De ratione & voluntate, pri-  
mis actionum nostrarum  
principijs.



OST sacramē  
ta ( vt ex his  
quæ in princi-  
pio hui⁹ labo-  
ris nostri quē  
pro instituen-  
dis sacerdoti-  
bus, præcipuè parochis suscepimus

*Præter  
sacramē  
torū no-  
titiam,*

B mus



*tria sūt  
paros  
chis cos  
gnitu ne  
cessaria.* mus, dicta sunt, patet) tria super  
 sunt necessaria cognitu illis: dis  
 crimen peccatorum, leuiorū sci  
 licet à grauioribus: ratio adhibē  
 di medelam: & cōmunia quæ ad  
 fidē & mores pertinent. Ex quis  
 bus quæ fidei sunt & ad omnes  
 pertinent (& quæ idcirco per eos  
 proponenda sunt omnibus) non  
 est opus hīc tradi: ex catechismis  
 peti possunt, quantum sufficit sa  
 cerdotibus inferioribus: quibus  
 in hac parte satis est, ab episcopis  
 tradita retinere & docere. Epi  
 scoporum verò munus est, adui  
 gilare, & siue erroribus, siue pec  
 catorum scandalis insurgentibus  
 occurrere, & ad hoc agendū ex  
 hortari ac instruere inferiores  
 ministros per frequentes literas,  
 quos verbo nō possunt. Post hęc  
 igitur quæ ad fidem pertinēt, res  
 liqua omnia sunt morum, & si  
 mul in hac secunda parte traden  
 da. Omnia enim quæ ad mores  
 pertinēt, in doctrina quæ de dis  
 cretione peccatorum, & de ra  
 tione

tion  
 tur: c  
 tē &  
 pro  
 tum  
 Deu  
 V  
 tuen  
 catis  
 Chri  
 quan  
 dius  
 infer  
 tis er  
 lores  
 illis v  
 spiri  
 re ra  
 Ad  
 tio h  
 tis p  
 cand  
 xerit  
 riam  
 secur  
 qua  
 agat.



tionē illis medendi est, continē-  
tur: quæ sunt à nobis non perfec-  
tè & plenè, sed in vniuersali, &  
pro captu ac necessitate sacerdo-  
tum quos instituimus (quantum  
Deus dederit) explicanda.

Vbi illud est ante omnia sta-  
tuendum: Sacerdotū esse de pec-  
catis multò altius quàm priuati  
Christiani possint, iudicare: & tã  
quam ex altiori specula profun-  
dius singula peruestigare, quæ ab  
inferioribus fiunt. His enim sa-  
tis erit, si vt infirmi possint do-  
lores ac vulnerum loca indicare:  
illis verò necesse est, vt tanquam  
spirituales medici, sciant inquire-  
re radices, & morborum causas.  
Ad quod probādum cū & ini-  
tio huius operis, & in sacramen-  
tis poenitentia, & ordinis expli-  
candis patrum testimonia addu-  
xerimus: nunc satis sit ad memo-  
riam reuocare Chrysostomū in  
secundo libro de sacerdotio: vbi  
quanquam de episcopis præcipuè  
agat, de omnibus tamen spiritua-

*Sacerdo-  
tes plea-  
niorem  
notitiã  
peccato-  
rum des-  
bēt habe-  
re quam  
populus.*

adon

B ij libus



libus iudicibus inquit, summa diligencia, & sexcentis (vt aiunt) oculis sacerdotem vti oportere, vt habitum peccatoris agnoscat. Et Innocentius tertius, concilio ūmque Lateranense in Canone illo, Omnis vtriusque sexus, de poenit. & remiss. Sacerdos (ait) sit discretus & cautus, vt more periti medici &c. quæ ibi legenda sunt. Sed & illius meminisse oportet, quod in **Leu. 10.** a vino etiam et his quæ inebriare possunt, abstinere iubet Deus sacerdotes, quū ingressuri sunt tabernaculum testimonij: vt habeant (inquit) scientiam discernendi inter sacrum & prophanum, inter pollutū & mundum. Vbi satis ostenditur nō sola lectione, sed oratione etiā, abstinentia & puritate vitæ, quæ renadam hanc scientiam discernendorum peccatorum, quæ multo altior est, quā necessaria erat veteris legis sacerdotibus. Hæc in principio hîc dicta sint, vt tantus torpor, tantæque obliuio, quanta hodie



hodie dominatur in ecclesia, excu-  
 tiatur à nobis. Hæc enim esse  
 non potest sine magna pernitie  
 salutis animarum, iuxta illud Ser-  
 uatoris: Si cæcus cæco, &cæ. Si  
 lumē quod in te est tenebræ &c.  
 Veritæque hæc, vt dignum est, à  
 sacerdotibus cognosci possint: de  
 causis actuum nostrorum, eos-  
 rumq; natura & ratioe sunt pau-  
 ca præmittenda. Inter quæ primū  
 sit de ipsis anime nostræ poten-  
 tijs & facultatibus, à quibus  
 delictæ actus humani fiunt. Con-  
 sideratio enim hæc potentiarum  
 & virium anime in hac materia,  
 non nostra tantum & scholasti-  
 corum theologorum & philoso-  
 phorum est, sed grauium illorū  
 & antiquorum theologorū, Gre-  
 gorij scilicet Niffeni in libro de  
 homine, & Damasceni in 2. or-  
 tho. si. & August. in libro de Tris-  
 nit. quamuis calumnientur hæ-  
 retici quod politicam tantum &  
 naturalem philosophiam doceamus.  
 Quid enim mirum, si doces

Mat. 15.  
 Ibid. 6.



amus. Quid enim mirum, si doceamus quæ necessario præsupponit vera theologia, & ex quibus pendet vera cognitio nostri. Nisi putent gratiam, naturam excludere, & ei contrariam esse. Reuera boni & mali mores, peccata & bona opera magna ex parte natura ipsa, & lumine illo vultus Dei, quod signatum esse super nos dicit psalmus manifestatur, præter pauca illa, quæ propria sunt Christianæ fidei. Ideoque naturæ ipsius, & virium eius (intellectus scilicet & appetitus, & reliquarum omnium) cognitio magnoperè conducit ad rectè iudicandum de bono & malo in moribus: quod cum necessarium sit spiritualibus iudicibus, sacramenti scilicet poenitentiae ministris, necessarium inquam, ut non vulgariter, nec ex sententia plebis, sed ex vera ratione & fide, atque scriptura sacra iudicare possint: omnino credimus necessaria esse principia hæc doctrinæ moralis, quæ

nos

E  
nos  
tiōe,  
& ad  
nē pe  
Pr  
ma r  
est, q  
ctum  
ximē  
sting  
angel  
aliud  
quo i  
tari p  
& cap  
anim  
sensib  
ribus  
inter  
virib  
com  
diner  
nem  
nosci  
tura  
sicut  
porea



nos hîc paucis, & sine vlla cōten-  
tiōe, sed simpliciter, q̄tū ad nostri  
& ad nostrorū operū cognitio-  
nē pertinet, conabimur tradere.

Prima igitur & suprema ani-  
mæ nostræ potentia seu facultas  
est, quam rationem siue intelles-  
ctum vocant, qua primò & ma-  
ximè à cæteris animantibus di-  
stinguimur, & appropinquamus  
angelis atque ipsi Deo: quæ non  
aliud est, quàm lumen quoddam,  
quo illa à nobis cognosci & cogi-  
tari possunt, quæ sensus omnes  
& captum reliquorum omnium  
animalium excedunt. Sicut enim  
sensibus exterioribus, oculis, au-  
ribus, & cæteris occultioribus &  
interioribus, quamuis corporeis  
viribus animæ, commoda & in-  
commoda corporis, pulchritu-  
dinem & deformitatem, dulcedi-  
nem & amaritudinem, præsentia  
noscim⁹, præterita retinemus, fu-  
tura cogitamus & nos & iumēta:  
sicut etiam interiori alia sed cor-  
porea virtute quædā percipimus,  
quæ

*Suprema anima potentia est ratio.*

*Cōparatur ratio cum sensibus.*



quæ nullo exteriori sensu percipi  
possunt: vt amicitiam & odium,  
quæ experientia cognoscim<sup>9</sup> ani  
malia etiã cogitare, sicut id quod  
utile est & generationi & educa  
tioni prolis: ita etiam multo al  
tiori, sed omnino incorporea at  
que spirituali virtute cogitamus  
& agnoscimus homines spiritua  
lem honestatem et turpitudinem  
vitiatorum ac virtutum. Inquiri  
mus etiã occultas rerum omniũ  
causas, & attingimus vsq; ad do  
minum ipsum, & meditatur e  
ternitatem ac coelestia; & in ipsis  
etiã rebus corporeis, non tan  
tum quæ nature quodam instins  
ctu nobis imprimuntur, cogita  
mus aut retinemus, sicut cætera  
animalia, sed etiam inquirimus  
illa cùm nundũ attigimus, & ob  
lita rursus ad memoriam reuo  
camus, & ex illis ratiocinamur  
comparantes & coniungentes a  
lia alijs, vt August. inquit 12. de  
Trin. in prin. c. Hanc potentiam  
diuiserunt & philosophi & theo  
logi

*Diuisio  
intelle  
ctus.*

logi in  
specula  
cantes  
plandis  
tendit,  
sunt. A  
tinent  
de coele  
& Ang  
agendis  
est: ad q  
illa mo  
git & v  
libris, a  
& theo  
hui<sup>9</sup> pa  
gubern  
rum on  
sint ista  
uersi ac  
b. Thon  
Diui  
tione A  
de trin.  
inferior  
sæ pote  
si actus



logi in intellectum practicum, & speculatiuum. Speculatiuum vocantes illum, qui solum cōtemplandis ac cognoscēdis rebus intendit, quæ à nobis operandæ nō sunt. Ad quā partem animę pertinent omnes naturales scientiæ de cœlo & motibus, de Deo ipso & Angelis. Practicus est, qui rebus agendis à nobis tantum intentus est: ad quē maximè pertinet pars illa moralis, quæ de virtutibus agit & vitijs, & ab Aristot. pluribus libris, atque à ceteris philosophis, & theologis etiam tractatur: & huius partis est totius vitæ nostrę gubernatio, & dispositio agendorum omnium. Non quod diuersę sint istæ potentiæ, sed eiusdē diuersi actus, vt ex ipso philosopho b. Thom. inquit in prima parte.

Diuisit eodem modo atque ratione August. hanc partem 12. li. de trin. in rationem superiorē & inferiorē: non quod sint diuersę potentiæ, sed eiusdē diuersi actus. Quam distinctionē Au-

*Theoreticus in intellectu.*

*Practicus intellectus.*

*qu. 79. 4. 11.*

*Ratio superior et inferior.*

B v gust.



*Ratio superior.* gustin. (in seipsa quidem conuenientissimam) magno ingenio adinuenit, & mystico sensui atque morali illius loci, in quo de primo peccato, suggerente serpente, inuitante muliere, & consentiente viro, perpetrato loquitur scriptura, coaptauit.

Est igitur apud illum superior ratio tanquam vir: supremum videlicet quod est in homine: ratio ipsa inspiciendis spiritualibus & æternis rationibus, & consulendis illis, & ex eis gubernandæ vitæ deducendis regulis intenta.

Sunt enim æternæ quædam rationes, superiores quidem omni intellectu, communes tamen omnibus, quibus vita nostra directa errare non possit (de quibus paulò inferius latius agem<sup>9</sup>) qualis hæc est, de qua dominus in euangelio: Quæcunque vultis vt faciât vobis homines &c. Ratio verò inferior est intèta rationibus temporalibus & corporeis: sicut cū cogitat, quid quieti corporis

*Ratio inferior.*

ET  
poris  
nestati  
tem in  
tanto i  
illis &  
stra ra  
tenta i  
ro in ip  
ad eanc  
ipso vi  
in gub  
rior ra  
ram in  
quid &  
ta esse  
ralibus  
ritualib  
tur. He  
tellectu  
Illâ f  
cta atq  
nalem  
dicimu  
quæ da  
sio, qu  
mus in  
que co



poris & paci conducatur, quid honestati & famæ. Hęc enim ad partem intellectiuam pertinet, sed tanto inferiora sunt spiritualibus illis & æternis, vt his intenta nostra ratio tantũ distet à seipsa intenta illis, quantum mulier à viro in ipsa creatione: quæ quidem ad eandem pertinet naturã, & ex ipso viro desumpta est, illi tamẽ in gubernatiõne subdita: sic & inferior ratio ad ipsam pertinet naturam intellectus: sed quia inferius quid & ab eo deriuatũ, illi subdita esse debet, vt ratio de temporalibus per rationem, quę de spiritualibus & æternis est, gubernetur. Hęc igitur de ista potẽtia intellectus sint nobis distincta.

Illã sequitur altera eidẽ coniuncta atque germana, quam rationalem appetitum seu voluntatẽ dicimus: quæ nõ aliud est, quam quædam inclinatio & propensio, qua prosequimur & tendimus interiori animo in bona atque conuenientia, quæ per rationem

De volũtate.



tionem cognita sunt. Quod cum  
 experientia ipsa in nobis videam  
 nus (afficimur enim spiritualibus  
 illis bonis, quæ per rationem as  
 gnoscimus) ratio etiam eius faci  
 le reddi potest. Cum enim quælibet  
 formam naturalem consequatur  
 inclinatio & propensio in ea,  
 quæ sibi conuenientia sunt, ut gra  
 uitas lapidis & leuitas ignis: na  
 turæ verò virtutem habentes co  
 gnoscendi induant quodam mo  
 do per cognitionem formas & na  
 turas earum rerum quas cognos  
 cunt: cognitionem etiam sequi  
 tur inclinatio conueniens illi, in  
 ea scilicet quæ cognita sunt: quæ  
 in brutis animalibus, & in nobis,  
 quatenus cum illis conuenimus,  
 & intenti sumus cognitioni sensu  
 suum, vocatur appetitus sensiti  
 uus, sicut prior ille appetitus na  
 turalis. Cognitionem etiam intel  
 lectiuam, necesse est, ut conse  
 quatur potètia & inclinatio, qua  
 conuenientia naturæ bona amē  
 tur, & mala odio habeantur. Quæ  
 re hæc

re hæc  
 & inco  
 & ad f  
 tem po  
 catur  
 ra qua  
 esse de  
 In h  
 est dig  
 & reg  
 imper  
 Facian  
 & sim  
 ut præ  
 Est ta  
 notan  
 tudo e  
 enim  
 propo  
 tenden  
 de nec  
 impel  
 mo qu  
 quid, q  
 tatem  
 quicqu  
 verò n  
 O II



37. TERTIO VOLUNTATE

re hae virtus omnino spiritualis  
& incorporea est, sicut intellectus,  
& ad supremam hanc hominis par-  
tem pertinet, & utraq; simul vo-  
catur ratio, cuius imperio cetera  
ra quae in homine sunt, subdita  
esse debere dicimus.

In his itaque duabus potentiis  
est dignitas illa diuinae imaginis,  
& regale atque diuinum prorsus  
imperium, de quibus dictum est:  
Faciamus hominem ad imaginem  
& similitudinem nostram & cetera.  
vt praesit piscibus maris & cetera.  
Est tamen hoc loco diligenter an-  
notandum, quis sit ordo & habi-  
tudo earum ad se inuicem. Habet  
enim se ratio vt consultrix, atque  
proponens voluntati ea in qua  
tendere aut possit aut debeat: vn-  
de nec effectiue eadem mouet aut  
impellit, sed tantum agit, sicut ho-  
mo qui proponit aut suadet ali-  
quid, qui non propterea in volun-  
tatem ipsam operatur, aut in eam  
quicquam imprimit. Voluntas  
vero motrix est atq; efficax caus-

*Cōparā  
tur in-  
ter se in-  
tellectus  
& volū-  
tas eorū  
rumque  
operas-  
tiones.*

sa co



sa cogitationis ipsius, atque effectiue operatur & mouet ipsum intellectum, sicut membra, aliasque anime vires. Est enim ipsa vere in hoc animæ regno, dominatrix, sine qua nulla operatio intellectus, sicut nec aliarum virium illi subditarum efficax est. Nec tamen prætereundum, quod hinc non sequitur vlla impossibilitas, aut circuitus repugnans, quominus actus rationis & voluntatis fieri possint, vt videri poterat cum dictum sit voluntatem non posse velle, quod ratio non proposuerit & cogitauerit: nec rationem cogitare posse, quod voluntas non velit. Est enim principium in cognatione aliqua vel à Deo, vel ab Angelis, vel ab aliqua causa naturali immissa, quam in potestate volūtatis est, aut continuare, aut reijcere: atque ita voluntaria est prior illa cogitatio, etsi non præcesserit voluntas: satis est quod illa non repugnet, atque ita consentit.

LECTIO

Le

DE A



dicend  
tio pra  
& quo  
actum.

is ope

Iiluc

volunt

num, v

duo ref

dia. Sic

cus, qu

confid

cipium

fiones

cipia h

ipsa, ce

&amp; rati